

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1199 - 1200

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

ecclesiam ipsorum deferentes in medio chori sepeliant animam deo commendantes.

Hujus rei testes sunt: Eberhardus majoris ecclesie prepositus, Udalricus decanus, Bertoldus cantor, Henricus custos, Albertus Honauwiensis ecclesie prepositus, Hendenricus de Borre, Fridericus de Antringin, Udalricus de Hoviwilre, Albertus decanus Honauwiensis, Cunradus custos, Udalricus cantor, Albero scolasticus, Gerungus, Bertoldus, Hugo diacones, Rudolfus diaconus, Cunradus, Albertus, Dietherus; ministeriales Walterus, Rudolfus causiticus, Albertus vicedominus, Burkardus de porta lapidea, Burkardus Puer, Cano de Bischovisheim, Burkardus prefectus et Theodericus frater ejus, Guntherus, Humbertus, Wernherus de Wolfganginheim, Heinricus pincerna de Bischovisheim, Henricus de Sulce, Hugo Mors, Eberwin, Bilgerin, Rudolfus de Brumat^a; Wernherus Vitulus, Burkardus de Ehinheim, Fridericus Dispensator, Reginboldus, Erbo et Wernherus iudices, Ortlib, Erbo de Brumat, Hugo, Sigefridus, Cunradus de Aquis, Cunradus de Uhtingin, Cunradus de Hehingin.

Acta sunt hec anno incarnationis dominice 1199.

B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 4209 or. mb. c. 4 sig. pend. laesis.

138. *Bischof Konrad von Straßburg verleiht dem St. Fideskloster in Schlettstadt gegen einen jährlichen Zins von 6 Denaren einen neben der bischöflichen Pfalz zu Straßburg gelegenen Hof. 1200.*

In nomine sancte et individue trinitatis. ego Cunradus Argentinensis ecclesie humilis minister universis Christi fidelibus in perpetuum. quoniam mandatis divinis religiosis domibus ac monasteriis unusquisque pro modulo sue facultatis subvenire tenetur, nos quoque intuitu divine clementie nostrorum exemplo antecessorum curiam quandam juxta palatium nostrum in Argentina silam ad proprietatem ecclesie nostre pertinentem monasterio sancte Fidis in Slecestat¹ consensu et conventia capituli nostri necnon et ceterorum fidelium nostrorum favore sub tali forma contradidimus, videlicet ut prefatum monasterium nobis et successoribus nostris pro recognitione domini singulis annis sex denarios Argentinensis monete in festo sancti Martini persolvat. hanc igitur nostre deliberationis favorabilem traditionem tam nostro quam capituli nostri sigillis communiri fecimus, ut nullus nostrorum successorum hoc quacunquē occasione retractare presumat. testes autem et cooperatores hujus facti sunt hii: Eberhardus major prepositus, Ulricus decanus, Henricus custos, Morandus scolasticus, Burchardus archidiaconus², Arnoldus de Masche,

Nov. 11

^a) Hinter Brumat steht ein Paragraphenzeichen, offenbar zur Scheidung der Ministerialen- und Bürgernamen.

¹ Ähnlich wird in einer Bulle Pabst Celestins III für das Kloster Altorf, 1192 Juni 8 Rom, unter dessen Besitzungen aufgeführt: curia Argentinensis apud sanctam Aureliam cum pertinentiis suis. Schöpflin *Als. dipl. I*, 297 nr. 351. — Jaffé *Reg. Pontif. nr. 10385*.

² Ein Burchardus clericus de Argentina, der die Kirche in Ballbronn innehat, wird erwähnt in einer Urkunde Kaiser Heinrichs VI für das Hagenauer Hospital, 1192 April 10 Speier. Stumpf nr. 4743.